

genua vestra tangens, si non manu, et tamen linguae perfungor officio: pronuntiate evacuari et inanem fieri meam iniquam condemnationem a religiosissimo episcopo Dioscoro et eorum
 90 decretum, qui inviti consenserunt eius voluntati, reddentes mihi dignitatem episcopatus et vestram communionem litteris vestris ad meam exiguitatem datis, quibus et dignitatem repraesentetis et communionem. quibus impetratis gratias agam domino nostro rectori et salvatori Christo pro vobis, religiosissimi patres.
 95 Et alia manu. Eusebius exiguus ordinatus episcopus Dorylaeo misi libellos per religiosissimum presbyterum Chrysippum et Constantinum diaconum, subscribens manu mea.

III.

Incipit praeceptum papae Felicis.

Praeceptum papae Felicis morientis, per quod sibi Bonifatium archidiaconum suum post se substituere cupiebat.

Dilectissimis fratribus et filiis episcopis presbyteris diaconis vel cuncto clero, senatui et populo Felix episcopus.

De quiete vestra et pace cogitans ecclesiae (quae plurimis debitis tenetur obnoxia, quia omnes clericis et pauperibus sollemnes erogationes implevi et octavae praeteritae indictionis vel paene nudas pro temporis qualitate pensiones accepi) ideo
 10 que ista considerans, deum quibus possum precibus exorando, hoc mihi in ipso fateor adspirante compunctum, ut, si me deus pro voluntate sua de hac luce, sicut habet humana condicio, transire praeceperit, ut Bonifatius archidiaconus, qui ab in-
 eunte aetate sua in nostra militavit ecclesia, episcopatus honore
 15 suscepto in qua proceditis Romanam deo adiuvante gubernet ecclesiam. cui etiam praesentibus presbyteris et diaconis et senatoribus atque patriciis filiis meis, quos interesse contigit, pallium tradidi, mihi tamen, si hac fuero luce, reddendum. et
 quamvis pro dei timore et Christiani devotione credam meum
 20 vos sequi et servare posse sine aliqua dubitatione iudicium, tamen, ne quis pravis persuasionibus et ambitione hoc agat, ut per vos ecclesiae matris, dissensiones et studia faciendo, membra discerpat: noverit qui ista fecerit vel facienti consenserit,

87 perfungor] *Amelli*: profungor. 88 iniquam] *Amelli*: inquam. 89 a] *Amelli*: e 93 imperatis. 96 dorileo. — crisypum. III, 2 bonifacium und so meist nachher. 3 post se substituere] *Amelli*: poste subsistuer. 4 pbris diac: et praesbiteris diaconis *Amelli*. 6 quiaete geändert in quiete — cogitantes — aecclesiae und so nachher. 9 nudas] nullas *Amelli*. 11 in ipso fateor adspirante compunctum] ipso f. a. compertum *Amelli*; vielleicht in ipso fateor speranti complacitum, so dass in dieser Wendung die Hinweisung auf besonderen göttlichen Beistand und damit eine Andeutung der bedenklichen Sachlage enthalten wäre. 12 lucas — conditio 14 in nostram mil. aecclesiam. 17 contigit] *Amelli*: contingit. 18 hinter luce fehlt vielleicht relictus. 19 christianis: christiana *Amelli*. 20 vos sequi] *Amelli*: nosse qui — posse] post me *Amelli*. 22 dissensiones *Amelli*.